



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De effectu quem sponsalia valida habent. Pun 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

## De Sponsalibus.

ante septennium compleatum sponsalia valida non debere presumi; sed de facto inutila esse, ut expediti texus constare potest. Si igitur ante septennium valide sponsalia contrahi posse, non debet texus decidere ante septennium sponsalia nulla esse, sed nulla esse presumi. Secundum ex opposita sententia inferitur frustra septennium a iure praescriptum esse pro sponsalibus contrahendis, si solus vius rationis pro eorum valore spectatur. Nam stante viu rationis valent sponsalia ante septennium; ita vero deficiente etiam post septennium nulla sunt, ut quid ergo septennium pro valore sponsalium designatur potius enim vius rationis designari debet. Quod si dicas designari septennium, ut rationis vius presumatur, obstat; quia textus non presumptionem, sed ex presumptione sponsalium valorem decidunt. Vnde presumptione non est materia decisionis, sed si nesciuntur.

9. Neque oppositio sententia fundamentum veget. Factor septennium praescriptum esse, quia ante illud non presumuntur regulariter vius rationis, qui finis perseverat, tamen si aliqui ante septennium viu rationis polleant, quia semper verum est regulariter viu rationis ante septennium non adesse. Lex vero in sponsalibus probat spectato iure naturae solum requiri, ut sponsi intelligent quid agant. Vel dic stante septennio solum id requiri, scimus ante illud. Ad confirmationem respondeo, ideo matrimonium ante etatem puberum contractum validum esse malitia suplementum aetatem, quia sic est iure decimus, & a regula generali exceptum, cum autem in sponsalibus exceptum non sit, absque fundamento ea exceptio constituitur. Neque ex eo quod facta sit exceptio in matrimonio inferius fieri debere in sponsalibus, nam etsi sponsalia via hoc ad matrimonium, non quidquid in matrimonio dilposium est, certi debet in sponsalibus dilposium, praterquam quod est longe diversa ratio, nam matrimonio prescribitur tempus pubertatis, quia ante illud non presumuntur contrahentes potentiam generandi habere, tamen si habeant discretionem. Quod si post puberitatem potentia generandi expedita non sit, non obinde a matrimonio contrahendo impediuntur, at in sponsalibus si post septennium vius rationis non elutetur, incapaces existunt ea contrahendi.

10. Illud vero est certum, si ante septennium sponsalia contraria sunt, adveniente septennio ratificari ex mutua habitatione iuxta cap. 2. de desponsat. impuber, in 6. Quod si habitatio deficit, ratificari debent verbo, vel facto, quibus se tanquam sponsos gerant. Necessarium tamen est, quod ipsi sponsi scient sponsalia ante septennium nulla esse, & velint etiam prestatre; alias flante ignorantia ratificatio esse non potest: vti tradit Sanch. lib. 1. disp. 16. num. 8. & 9. Gutier. de matr. cap. 2. num. 1. Basili. Ponce lib. 1. cap. 5. num. 3.

11. Tandem inquires, an contrahere sponsalia inutila sit peccatum? Et quidem si inutila sunt ob impedimentum, quod matrimonio contrahendo obster, non est dubium, esse graue peccatum, quippe est voluntas contrahendi matrimonium inutilum, cuius contractus peccatum mortale est. Si autem ob defectum aetatis, vel vius rationis nulla sunt sponsalia Nauari. cap. 22. num. 1. & 2. luct. verb. marit. 5. num. 6. Rosella codem 2. num. 6. Petri de Ledesma. de matr. quisi. 43. art. 2. dub. 3. affirmant graue peccatum committi ea contrahendo: Mouentur ex cap. 2. de desponsat. impuberum. ibi: distictus iobhembus, ne aliqui, quorum eterque, vel alter ad aetatem a canonibus determinataam non peruenient coniungantur, nisi forte aliqua virginissima necessitate interuenient, ut pote pro bono pacis talis coniunctio toleretur. Ergo si ante septennium sponsalia contrahunt absque virginissima necessitate graueri delinquunt, etsi prius qui ante aetatem a canonibus determinataam coniunguntur. Certeum verius est vel nullum, vel leuissimum peccatum si sponsalia ante perfectum vius rationis, vel ante septennium contrahere. Sic docet alius relatis Sanch. lib. 1. disp. 17. n. 4. Gutier. de matr. cap. 2. n. 14. Coninch. disp. 2. 1. dub. 3. in fine. Basili. Ponce lib. 1. cap. 5. n. 3. Ratio videtur manifesta, nam si contrahantur ante perfectum vius rationis, non est subiectum ea pax mortalis culpa. Si vero ante septennium perfectus vius rationis cluxit in sententia plurium Doctorum non sunt sponsalia irita, sed validia, ac proinde questione praesenti locus non est. Si vero inutila fuerit (vix it probabilis defendimus) cum nulla irrecusat facienda sacramenta fiat, siquidem sponsalia factamenta non sunt, scilicet ad sacramentum, neque alicui tertio praedictum, cum nullus ex contrahentibus obligatus existat. Non est unde peccatum praecipi graui orihi potest, ad summum erit, quidem actus otiosus, & inutilis, ac proinde veniale peccatum. Neque oppositione colligitur ex capite 2. de desponsat. impuber, loquitur enim de matrimonio, non de sponsalibus, ut colligitur ex illo verbo coniungantur, quod coniunctionem matrimoniale denotat, sponsalibus namque non coniungantur sponsi, sed promittuntur coniungi.

12. Grauor dubitatio est, an impuberis contrahentes matrimonium per verba de presenti malitia non supplicant etatem peccant mortaliter? Negat peccare Sanch. lib. 1. disp. 17. num. 6. Basili. Ponce lib. 12. de sponsalib. cap. 5. num. 4. nisi in copulam consentur. Quia ille contractus non est matrimonii, sed sponsalium, ac proinde nulla sit sacramenta irrueentia. Texus vero in cap. vbi non 2. de desponsat. impuber, permittens ex vigentissima causa praedictos contrahentes coniungendi coniunctionem in copulam videntur loqui, cuius coniunctum pro bono pacis tolerandum dicit. Quod si dicas ob nullum bonum licita est, nec permittenda copula inter eos qui vero matrimonio coniuncti non sunt, respondet Sanch. ex vigentissima causa permitti posse, cum subdum est de matrimonio valore, sicuti est cum dubitatur de potentia generativa.

13. Nihilominus censeo probabilius seclusa vigori causa graue esse peccatum impuberis contrahente per verba de presenti, tum ex dicto cap. 2. de Desponsat. impuber, cuius verba manifestam prohibitionem indicant; non quidem de copula, cuius nulla est facta mentio, sed de coniunctione matrimoniali. Tum ex eo quod attendat sacramentum nullum efficere grauus irreueentia censori religione facta, at contrahentes per verba de presenti, tamen si sola sponsalia contrahant, quantum in ipsis est matrimonium contrahere intendunt ad quod contrahendum sunt impediti. Ergo &c. Neque his obstat texus in cap. fin. de Desponsat. impuber, & cap. vniq. 5. idem quoque codem, tit. in 6. & alijs in quibus videatur matrimonium inter impuberis esse permisum; & vim sponsalium habere, oritur ex eo publica honestatis impedimentum, quod textus etsi post textum in cap. vbi de Desponsat. impuber, nequaquam derogati censeri debent. Non inquam obstat, quia si bene loquuntur textus & alijs plures expandantur, solum factum narrant, declarantque matrimonium non esse, sed sponsalia: at nullo modo affirmari talem modum contrahendi licitum est. Quod si id aliquo modo fuisse indicatum, explicandum est stante virginissima causa ab ordinario approbanda, ut sic textus textibus conformes sint. Causa enim illa virgines irreueentiam excusat, quia contrahendo matrimonio foris nullo irreueentie potest, quippe hic modus contrahendi assumendum non est, nisi cum est probabile sponsalium effectus esse, ne clausula probabilitate nulla causa esse potest exigens contractum per verba de presenti, cum ex eo non matrimonium, sed sponsalia tantum constitui possint.

## PUNCTVM VII.

De effectu quem sponsalia valida habent.

1. Sponsalia inducunt obligationem matrimonii contra hendi.
2. Quando hac obligatio executa est.
3. Satisfi obiectum.
4. Negant aliqui sponsos fornicantes peccare peccato iniusticie.
5. Probabilius est oppositum.
6. Limitat Sanch. ne procedat in sponsa, sed disipli limitatio.
7. Satisfi opposito fundamento.
8. Pradicatum peccatum etsi sit contra iniustiam, non est adulterium.
9. Satisfi obiectum.
10. Fili concepti ex coitu cum desponsata non sunt spurii, sed naturales.

11. Diversus effectus ex sponsalibus oritur; Primitus est obligatio matrimonij contrahendi. Secundus impedimentum publicae honestatis, de quo effectu, cum de impedimento matrimonii sermo fuerit agendum est. Name de proprio effectu. Tamen si iure ciuilis vni desponata alteri nobis non prohibebatur Iug. 1. Cod. de Sponsalib. At iure canonico, cui standum est fieri omnes Doctores telluntur, ut videtur ob in Gutieri. de iuram. i. part. cap. 5. n. 3. & de mar. cap. 15. num. 1 & Thom. Sanch. lib. 1. de sp. 28. praedictam legem correctam esse, & obligacionem contrahendi matrimonij ex sponsalibus nasci ex texu in cap. Atio. cap. de desponsat. cap. de coniugali. 27. quaf. 2. cap. 2. cap. ex litteris, cap. quaf. 27. De sponsalib. pradicantque obligacionem grauen esse, etsi peccata que est de re maximae graui scilicet matrimonio, cuius omisso parti contrahenti praedicare non leuit potest. Hoc autem intelligendum est de sponsalibus pubenum, nam ab impuberibus contracta cum non sint firmiter valida, etorum obligatio adveniente pubertate dissolvi potest, cap. illis, cap. a nobis de Desponsat. impuber.
12. Solum est dubium, quo tempore haec obligatio executa sit? Et quidem si est terminus praefixus, is feruendus est, quia est promissus. At quando nullus dies designatur citat Sanch. lib. 1. disp. 28. num. 2. quem sequitur Gutier. A.

*mar. cap. 1. num. 5.* non statim data opportunitate obligares, sed cum pars contrahebas requisierit, argum. *leg. debitorum probantes Cod. de pignorib. & ibi Glossa.* Generale enim est debitorum obligatum non esse solvere debitum, nisi requiri, cum terminus praefixus non est, quippe creditor non exigens debitum, cum commodè possit, tacitè dilatione consentit. Secùs si ob nimis verecundiam, ob debiti ignorantiam, ob timorem reverentiae debita, aut alterius inconvenientis omittat exigere. Quod in sponsalibus ex parte femininam scepere contingit, que licet maximè cupiant sponsalia perfici, petere non audent vel ob naturalem pudorem, vel ob sponsorum timorem, ne radio affecti defiantur.

Externum verius credere te esse obligatum implere sponsalia, quibus nullus terminus praefixus est ab eo die, quo ea concreta sunt. Vt definitur in leg. in omnibus obligationibus ff. de regulis iuri, ibi: in omnibus obligationibus, in quibus decisione ponitur, presenti die debetur, & leg. eum qui §. quoniam de verbis obligationibus, ibi: quod sine termino praefixo debetur, & statim debetur. Probatur, quia non est aliqua specialis ratio, ob quam post mensem, & non post diem impletum sponsalia debantur, cum eorum præstitione executionis contrahentibus esse possit. Deinde contrafacta non sunt sub conditione, quod pars exigat, sed absolute. Ergo nulla dilatio, quare expectare debetas partis postulationem. Secùs dicendum est in mutuo, & precario, quia non statim ac contrahantur, debentur reddi, sed arbitrio prudentis, alias nullis efficiat utilitas. Tatorum regulariter ab sponsalibus, alienus debiti solutione excusatum esse, dum creditor non exigit, quia tacite censem dilatione consentire, nescire omittat ob grauem verecundiam, ob debiti ignorantiam, ob metum reverentiale, vel aliam similem causam, sed haec excusatio est per accidens: quia debitorum excepio mutuo, & precario per se debetur a die quo contractum est, scilicet Bartholom. à Ledesma, de matr. dub. 1. initio. Coninch. disp. 22. dub. 1. concl. 2. Basil. Ponce lib. 12. cap. 6. num. 1.

3. Neque aduersus hanc doctrinam obstat lex debitorum probantes Cod. de Pignorib. quia ibi non tam de solutione debitorum de distractione pignoris sermo est, quod propria voluntate distracti non potest, quinimo ad eius distractio non sufficit, quod creditor retinet pignus à debitorum debito exigat, minimeq; pignoris distractio, sed insuper officium iudicis implorari debet, & ex eius iussu solemitter, & coram testibus distractionem pignoris debitori si fuit denunciari, vt habeatur §. 10. in fine iustitiae de actionib. & leg. 4. de pignor. actione, ibi: eo moram faciente pignus iustitiae vendi potest. Ex qua doctrina colligi non potest, in sponsalia, quibus terminus praefixus non est debent statim impleti vel debentur impleri, postquam à parte fuerint requiri.

Ex predicto affectu, seu obligatione contrahendi matrimonium outa ex sponsalibus oritur obligatio abstinentia ab omnibus, quod cum executionem iustitiae impedit posse, religiosi ingressu excepto, vt adiutit Coninch. disp. 22. dub. 1. initio. 2. quippe obligatus ad consecutionem finis, tacite obligatur, ne consecutioni impedimenta praestet.

4. Hinc oritur gravis dubitatio, an sponsi cum aliis forniciantes non solum peccato intemperantur, sed iniustitiae, debeatque hanc circumstantiam in confessione manifestare. Negant Cobarub. 4. decret. 1. part. cap. 1. num. 14. Vinald. Candelab. sacram. 1. part. materia de sponsal. num. 10. Basil. Ponce lib. 12. de sponsal. cap. 6. num. 8. Henric. lib. 1. cap. 18. num. 4. & probabilem reputat Petri de Ledesma, mar. quaf. 43. artic. 1. dub. vlt. Moutent, quia communis fornicatio solum habet malitiam intemperantiae, non autem infidelitatis, aut iniustitiae, ergo non constituit circumstantiam necessariam in confessione experimentam. Antecedens probo, & primò non esse infidelitatem, quia non violat fides in sponsalibus data, quippe haec fides solum data est de contrahendo inter se matrimonio, & non cum aliis, non autem de non fornicio cum aliis, sicut si promisiles religionem ingredi, & fornicatus es, non obinde peccates contra fidelitatem debitas promissione. Quod autem neque iniustitiam committas inde probatur, quia dum sponsalia sunt, corpus tuum non est alterius, ac proinde non tradis alienum. Deinde si ob factam fornicationem corpus tuum quod in matrimonio tradere debes, grauerit viarietur, sicut si ab equo vendito, neque adhuc tradito oculum erueres, deberes emptori in traditione manifestare, vt æqualitas in mutatione serueret: at nullus hanc obligationem sponsi imponit. Ergo signum est illorum corporis aliena fornicatione non virari grauerit.

5. Nihil lominus probabiliorum existimat sententiam affirmantem esse peccatum mortale, non solum contra intemperantiam, sed etiam contra fidelitatem & iniustitiam sponsos forniciari cum alio. Sic docuit Sarmiento lib. 1. select. cap. 5. num. 3. Ludovic. Lopez, 1. p. instruc. cap. 29. §. Ad hanc

Petr. de Ledesma de matr. quest. 43. art. 1. dub. vlt. Sanch. lib. 1. de sponsalib. 2. num. 5. §. 6. Egid. de Coninch. disp. 22. dub. 1. num. 6. Layman. lib. 1. tract. 10. cap. 1. num. 6. Molia. tom. 5. disp. 7. num. 8. Gutiér. de matr. capite. 1. circa finem. Ratio est, quia sponsi sibi iniucem fidem tradunt de corpore nemini alteri tradendo, nisi fibimur: at cum alteri extra matrimonium copulantur, alteri corpus tradunt, cuius vius sponsi erat resuatus, ergo violent fidem datam. Deinde violent iustitiam: haec enim violari potest ex eo quod virus sponsus ius per sponsalia acquirat, ut fibimur, & non alteri corpus alterius possit tradatur, tametsi de facto traditio non sit. Neque valer dicere esse acquisitionis ius, ne alteri corpus per matrimonium contractum tradatur, sed non per copulam fornicariam: quia id falsum est, cum traditio per copulam fornicariam detestabilior sit, quam matrimonialis traditio. Deinde sponsus obligatus tradere suum corpus in matrimonium alteri sponsi, consequenter obligatur ei, & non alteri vobis corporis concedere. Cum ergo alteri per fornicationem concedit, hanc obligationem iustitiae violent, cuius violatio grave peccatum constituebitur: quia eius materia gravis est. Et confirmatur, id est coniuges cum aliis fornicantes iniustitiam commitunt, quia ubi metu corporis tradiderunt ad coniugalem vobis, quippe ex hac traditione nascitur obligatio, ne aliis suum corpus tradant non solum in coniugalem vobis, quod est impossibile, sed neque in vobis fornicariam. At in contractu sponsalitio haec corporis traditio promittitur. Ergo promittitur ad tradi alii corpus, neque in coniugium, neque in fornicationem. Ergo fornicatio praedictam promissionem ludit, & cum sit de obiecto gravi, grave peccatum constituit.

6. Hanc sententiam limitat Sanch. dicta disp. 2. n. 6. Philocleius. tract. 1. cap. 7. ne procedat in sponsa cum aliis fornicante, sed solum in sponsa. Et quod sponsam præter rationem superius factam probati potest, quia ea fornicatio est sponsi per se grauerit iniuria non solum ob periculum prolixi concipiæ, sed ob infamiam, quam contrahit sponsus eam ducens: haec enim infamia ita gravis est, vt vix sit vobis tam infamie sortis qui faciens sponsam ab alio esse corruptam ducere velit. Quod vero fornicatio occulta sit, & sponsa, aliquisque ignorat: cum id sit per accidens non tollit iniuriam, & iniustitiam, quidam per se nata est predicta damna causare. Ceterum ex parte sponsi fornicationem non esse grauem iniustitiam inde probat Sanch. quia communis estimatione nulla sponsa irrogatur infamia, ex eo quod sponsus cum aliis fornicatus, neque sponsa eam iniuriantem magni ducit, cum videat id sponsis ob hominum malitiam frequens esse.

Mibi tamen haec limitatio non probatur, sed probabiliter extimo non solum ex parte sponsa, sed etiam ex parte sponsi fornicatione graue peccatum iniustitiae esse, vt docuit Gutiér. de matr. cap. 1. num. 10. Coninch. disp. 21. dub. 1. circa finem. Basil. Ponce lib. 12. de sponsalib. cap. 6. num. 8. & probatur tanta rationibus adductis pro nostra sententia, quæ communes sunt tam sponsi quam sponsa, nivit enim iuri ex promissione acquistio, quod virtute æquale est. Tum ex eo quod fornicatio tam ex parte sponsi, quam sponsa præstat parti innocentis sufficientem occasionem, vt delinquentem repudiet, & sponsa dissoluat, quemadmodum de iure iurando. At dissolutio sponsalium, & delinquentis repudiatio quid graue est, & repulso non leuite nocuum. Ergo iniuriant ex qua oritur gravis censeri debet. Tam quia ex predicta fornicatione nasci filius potest, sumptibus sponsi alendus, quod in sponsa prejudicium cedit. Tum denique, quia per se datum sponsa, occasio gravis tristitia videns aliam feminam pluris ab sposo diligenterque iustitiae potest etiam post contractum matrimonium id ipsum faciendum esse. Quod vero nulla ex fornicatione sponsi sponsa infamia irrogatur, non impedit iurius laisionem, in quo iniustitiam constituit, alias iniustitia non esset adulterium ex parte viri commissum, cum raro ex illo infamia vxori proueniat.

7. Neque obstant rationes num. 6. adductæ. Ad primam sponspos fibimur promittere nemini alteri corpus tradituros eo vtendam, ac proinde vobis illius fornicarius non est aduersus praedictam promissionem, tametsi ex illa ius religionis estet acquisitionis. Ad secundum respondet iustitiam non confitente in eo quod sponsa fornicatione vitetur ex voto, quod obligatus sit delinquens in matrimonij contractu manifestare: satis enim est quod us innocentis ladaetur traditione alteri facta de corpore sibi promislo, tametsi ex hac traditione non maneat corpus taliter vitiatum, vt delinquens manifestare in innocentia debeat.

8. Ponit praedictum peccatum esti contra iustitiam sic, speciem tamen adulterij non constituit, quia adulterium est alieni tori violatio, cap. 36. quest. 1. leg. inter §. 1. ff. ad leg. Iulianam de adulter. l. 1. in princ. tit. 17. part. 7. At dum corpus sponsi promissum est, & non traditum, non est illius totum, siquidem ex vi non potest, ergo illius vias in fornicatione non est

est violatio alieni tori; ac proinde neque adulterium. Secundum adulterium definit Consulter *in leg. inter 6 ff. ad leg. Iuliam de adulterio*. vt sit accessus ad nuptam, sponsa autem de futuro nupta non est, sed nuptui promissa. Tertiò *ex leg. 81. Tauri*, quæ est *leg. 4. ritul. 20. lib. 8. compilat.* vbi dicitur. Si alij una mūer estando calada, o despofada por palabras de presente cometrere adulterio. In quibus indicatur despofata per verba de futuro adulterium committere non posse. Atque ita ex communī sententia tradunt Cobarub. *decret. 1. part. n. 8. Henr. lib. 1. c. 13. n. 4. Coninch. disput. 22. dub. 1. n. 4. Sanch. lib. 1. disp. 1. num. 2. Gutier. de matr. cap. 1. num. 1. 6. & alij innūmeri apud ipsos.*

9. Neque obstat lex, si *xxv. 1. vers. dñus. ff. Ad leg. Iul. de adulterio*. ibi, etiam in sponsa hoc idem (felicer crimen) vindicandum, quia neque matrimonium qualecumque, neque spēm matrimonij violari permittit, vbi clare loquitur Constitutus de sponsa de futuro, cuius coitus est sicut in vxore vindicandus. Quod vero talis coitus appelletur à Consulto adulterium, probatur ex illis verbis *hoc idem*, quæ cum precedentiibus iungit debent, precedentiā autem erant. Sed in eam vxorem poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit. Cum ergo statim subiungat lex, & *hoc idem* vindicandum intelligi debet, de quo antea fermo era. Cum autem de adulterio vxoris mentionem fecerit, aperte sub nomine adulterii coitum sponsa de futuro intelligi, vt tradit Satmieni *lib. 1. select. interpretat. capit. 5. an. 1. Rituens in leg. 81. Tauri*, & Gregor. Lopez, *leg. 1. tit. 17. part. 7. verbo despofada*. Non inquam obstat, nam ut recte Cobarub. Sanch. Gutier. loc. allegat, alterum verba *hoc idem* non debent totum quod in precedenti clausula continetur implicare; satis enim est, quod illius rationem communem implient, præférneque hanc sensum, *hoc idem* in illius crimen, siue adulterium appelletur, sive non; in sponsa de futuro vindicandum est, scilicet non eo rigore vindicetur, ac vindicatur adulterium.

10. Advertunt tamen Aegid. de Coninch. *dicta disp. 22. dub. 1. num. 7. Sanch. lib. 1. disp. 1. num. 8. Gutier. de matr. cap. 1. num. 1. & nos diximus tract. de benefic. disp. 4. part. 1. 8. 1. n. 3.* filios conceptos ex coitu cum despofata de futuro non esse spurious, sed naturales; quia valide, esto illicite matrimonium inter ipsos contrahi potest.

### P N C T V M VIII.

#### Qualiter compellendus qui renuit implere sponsalia?

1. Compelli potest tum in foro conscientia, tum in foro externo, & judiciali.
2. Prūs monendum est, & postea compellendus in foro, carcere, alij que puni.
3. Compulsio debet esse moderata.
4. Fit satis obiectumibus.
5. Si causa debet disoluendi sponsalia non est cogendus, debet autem causa judicialiter cognosci.
6. Iudex Ecclesiasticus, & securitatis compellere resiliētem possunt.

1. **D**upliciter resiliens ab sponsalibus compelli potest, primò in foro conscientia, secundò in foro externo, & judiciali. In foro conscientia iniustè ab sponsalibus resiliens compellitur negatione sacramentorum, vptore qui à peccato mortali non vult desistere: de qua coactione vide dicta de sacramentis in genere, quia hæc communis est omnibus in peccato existentibus. De coactione vero in foro externo, & judiciali per caretē, per excommunicationem, alij sive censuras, doctores in variis sententias diuisi sunt, ut videtur apud Sanch. *lib. 1. disp. 29. Gutier. de iuram. cap. 1. num. 4. & lib. 1. canon. quib. 18. num. 10. & de matrim. cap. 1. 5. num. 1.* Alij negant resiliētem predicti poni esse cogendum, sed tantum monendum ex cap. requisitus de sponsalib. Alij affirmant esse cogendum, si monitis non acquiecerit ex cap. ex literis el. 2. de sponsalib. Alij veramque sententiam conciliant, vt sententia negans esse cogendum intelligatur in sponsalibus non iuratis: sententia vero affirmans cogendum esse, intelligatur de sponsalibus iuratis.

2. Caremū sine sponsalibus iurata sint, sive non, sponsus absque legitima causa de sponsalibus recedens monendum prius est per iudicem, vt desistat à recessu, & promissis satisfaciat, si minus compellendus est carcere, excommunicatione, alij que puni, vt colligitur exp̄lē ex cap. ex literis el. 1. de sponsalib. ibi, quia contra iuramentum venire periculōsum est mandamus, vt cum moneras, & si monitis non acquiecerit, censura compellat, vt in uxorem recipiat, & tradunt Cobarub. *decret. 1. part. cap. 4. n. 3. Henr. lib. 11. cap. 13. num. 4. Coninch. disput. 22. dub. 2. Layman. lib. 5. tract. 1. cap. 1. num. 4. Basil. Ponce. lib. 1. c. 4. num. 2. Sanch. Gutier. loc. alleg. vbi innumerous referunt. Ratio ea est,*

quia iudex ex officio tenetur procurare, ne subditi iniuria partiantur, neve ius eis debitum denegetur. Vnde si à subditis iniuriā patrētibus requisitus fuerit, vt iniuriantem compellat, ne sic in iniuria facienda prosequatur obligatus est ea compulsione vi, quam prudenter iudicauerit ne cellariam esse ad prædictā iniuriā remotionem. Arab. sponsalibus resiliens sive causa gravem irrogat parti quamcum contraxit, potest ego à iudice compelli, vt ab ea iniuria desistat, & sponsalia impleat. Quod aquæ procedit sive sponsalia iurata sint, sive non, nam in omnibus obligant sponsi ius sibi iniurie concessum non denegare, & licet texus in cap. ex literis iuramentum ponderare v. deatur decisio tamen non iuramento si sit, sed sponsalium, quæ de facta iurata fuerint obligatio, tametsi sicut alij cogendi sunt sponsalium sponsalia iurata sunt, & strictissime, si puella sub ea fide desforata est. Neque hæc coactio libertati matrimonij obest, quia voluntari se illi subiecit, cum matrimonium promisit; ac proinde non est coactio iniusta, & ab extrinsecō proueniens, quæ libertatem matrimonij non minuit.

3. Monent tamen pluribus relatis Sanch. *disp. 29. num. 7. Gutier. de iuram. cap. 1. num. 4. & de matr. cap. 1. num. 1. Cobarub. decret. 1. part. cap. 4. initio. num. 5. Coninch. disp. 22. dub. 1. num. 10.* iudicem procedere debet non prædicta compulsionis, sed moderata argum. cap. requisitus de sponsalib. ibi, cum matrimonio libera esse debeat, monenda est portio, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus habere. Quinimum si iudex intelligat nihil profutrum excommunicatione, ab illa imponeat abstinere debet. Quod si ea imposta videat nihil censuram prodere, sed sponsalium pertinacem esse, ab ea abolute delinquenter debet, ne ea coactus consensum fingat, & sponsalia desforata dilendet.

4. Neque adulterus supradicta obstat texus in leg. stipulatio-nes. & causas, sive de verborum obligat. decidens in obligationibus facti neminem compellit, sed solito intercessione liberat. Nam prædicta lex intelligi debet de factis, quæ affirmacione recipiunt: Forum enim obligatio ex tacita voluntate contractum non est ad factum præcisum, quia factum ab iure non recte præstat, sed est obligatio ad factum, vel ad illius interest. Secus est de factis, quæ nullo precio compenſari possunt, vti sunt sponsalia, & matrimonium, horum enim obligatio ad factum præcisum est, non ad factum, vel intercessio, cum nullo interesse aequari possit.

Neque item obstat texus in cap. 2. de sponsalib. afflentes resiliētes inducendos esse, & omnibus modis inducendos, vt sponsalia exequantur. Cum ergo nullum verbum de coactione fecerit, videtur inferri coactione non esse viciuum. Non inquam obstat, quia in prædicto capitulo verius sensum est nullam coactionem adhibendam esse; quia prædicta sponsalia ex mutuo consensu disoluuntur, vt colligitur ex illis verbis: Si autem se admittunt admittere noluerint. Ad sponsalia autem quæ ex mutuo consensu disoluuntur non coactione, sed monitione ne disoluantur, videntur est. Quod si monitis non acquiecerint sponsi, patiente toleranda est eorum inconstans non tanquam malum, sed tanquam minus bonum, vt bene Cobarub. *4. decret. 1. part. cap. 5. 8. 1. ix principio.* Nec denique obstat texus in cap. requisitus de sponsalib. vbi se matrimonio coacta sint, neque difficiles exitus habeant, monitione portio quam coactione videntur esse decidit. Nam ex prædicto texu non colligitur videntur coactione non esse, portio contrarium manifeste colligitur, videntur inquam esse coactione, secundariò tanquæ, & minus principali; nam præcipue monitione videntur esse. Quod si monitio non profuerit, vt poterit iudex coactione, moderata tamen; & ad aliquod breve tempus, non absoluta, & in perpetuum.

5. Illud vero existimo certum, si causa rationabilis ad est disoluendi sponsalia, nullatenus resiliētem cogendum esse, vt definitur in cap. ex literis de sponsalib. ibi: nisi rationabilis causa obsterit, quia eo capitulo non recedit iustitia: sed iuste. Quam causam esti Sanch. *lib. 1. disp. 29. num. 6.* exflimet non esse opus judicialiter cognosci, sed satis esse, si index ex iis quæ præ oculis habet, eam intelligat, verius existimo cognitionem judiciale necessariam esse, nam cum ex officio obligatus sit compellere recentem ablique causa, nequit ab hac obligatione publica liberari, nisi ex causa authenticè probata. Præterquam quod nolens compellere cum sit à parte requisitus, manifestè indicat vel recentem ita in malo proposito pertinacem esse, vt nullo modo credatur curandum, vel sufficiēt causam recedendi habere, vel ipsum iudicem nolle sive obligationi satisfacere. Debet ergo causam commissi compulsionis publicè constare, sicut constat compulsionis commissio. Arque ita docent Petr. de Ladesm. de matr. question. 4. 3. art. 1. dub. 3. Gutier. de matr. cap. 1. 5. num. 2. circa finem. Basil. Ponce. lib. 1. 2. cap. 6. numer. 5. in fine.